



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis  
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et  
Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in  
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus  
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum  
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque  
omnibus in utroque Foro ...

Pars I. De judiciis & judicialibus. Hoc est de Sententia & re judicata,  
Executione, Attentatis, Judice, Notario, Advocatis, Procuratoribus,  
Expensis, & aliis ad materiam judiciorum. Pars II. Relatio Romanæ Curiæ  
forensis, ejusque Tribunalium, & Congregationum

**Luca, Giovanni Battista de  
Coloniae Agrippinae, 1691**

Disc. XII. De legitimatione personarum in judicio existentium, & quando  
defectus legitimationis, annulet processum, vel ejus exceptio illum  
impedit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74090](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74090)

(me tamen ex dicta ratione non scribente) ea quæstio individuitatis, vel dividuitatis laudi, an scilicet illud in ea parte, quæ justa videatur execundum sit alterius partis executione denegata; Affirmati-  
vam enim veriorem esse super dividuitate, plerique subtiliter, ubi per capita separata latum sit ad in-  
star sententia Cancer. var. l. 3. cap. 17. num. 28. & par.  
1. cap. 21. numer. 60. Marotti. dec. 37. St. Alb. resol. 57.  
nu. 32. Baratt. dec. 29. num. 15. ubi add. num. 21. &  
27. Negativam vero alii tenent, ex laudi individua  
natura. Franc. dec. 173. Fontanell. claus. 4. gl. 21.  
par. 1. numer. 35. Merlin. lib. 1. contr. 55. num. 12. Ro-  
ta. dec. 133. ex num. 13. post Post. de subb. in  
addit.

Cum equivoco autem in hac disputatione pro-  
cedi ego advertebam, atque aliquibus causa defen-  
foribus insinuabam, adeo ut pro meo iudicio inanis  
videretur labor desuper adhibitus; Dicta etenim  
quæstio, que diversas ut suprà, opiniones habet  
sive quæ in prædicta illa tenenda est, quæ in ea regi-  
one ejusque majoribus Tribunalibus recepta sit  
procedit, ubi idem qui sit in parte vicit, & in par-  
te victus, laudum in partibus odiosis, ac prejudici-  
alibus impugnat, atque ab eo appellando, vel recla-  
mando se opponat executioni, istam verò petat in  
partibus sibi favorabilibus; Isto etenim casu, licet  
in sententia judicium, id de jure licet; Attamen in  
laudis aliqua dignoscere videtur ratio differentia ob  
individuitatem consensus, juxta unam opinionem  
ut suprà; Sed quando ille, qui petit executionem  
partium, seu capitulorum favorabilium, acquiecit  
etiam partibus, vel capitulis odiosis, ac prejudicia-  
lis, totumque laudum acceptat, unde propterea  
impugnatio proveniat solum ex parte illius, qui ex-  
equitioni se opponat, tunc nulla cadere videtur du-  
bitandi ratio, quoniam alias nunquam verificabilis  
est exequio contra invitum.

Compromissum juramento firmari prohibitum  
est de jure civili, hæc autem prohibitio cessat de ju-  
re canonico, quod ubique etiam in terris Ecclesiæ,  
vel in foro laicali attendendum est, atque ita com-  
munis praxis recepit. V. efr. & add. lib. 3. c. 3. Ma-  
ranti. in prax. par. 6. num. 264.

Post causam jam finitam per sententiam com-  
promissum fieri non potest, nisi consensus illius  
cuius favore sententia prodiit, & qui prævia certa  
scientia, sit validus, & legitimus, prohibitionem ces-  
sare faciat. Surd. dec. 185. Capyc. Latr. consult. 70.  
apud quos alii.

Requisitum ab homine, putà ex conventione,  
vel ex precepto testatoris, sufficit semel factum  
esse, neque reiteratio prætendî potest; Ubi verò re-  
quisitum est à lege, sub quæstione est an iterum pe-  
titi possit, si primum absque effectu expraverit, to-  
tius quoties &c; vel potius non ultra duas vices,  
Atque varie sunt opiniones, ideoque Tribunalium  
seu regionum stylis deferendum videtur, dum (ut  
præmissum est) raro Curia Romana has disputationes  
quæstiones, Pro prima opinione Capyc. Latr. dec. 182.  
num. 43. Rot. dec. 867. par. 3. divers. & ali relati per  
Marin. resol. 65. lib. 1. Pro altera Auct. dec. 46. Rot. in pragm. 1. de arbitri. num. 9. de Marm. ubi fu-  
pra.

Rem judicatam non complectitur, quantumvis  
ample conceptum sit, nisi dicatur. Surd. dec. 185.  
Bich. dec. 630.

Ubi Arbitri, & Arbitratoris potestas data sit,  
in ejus electione est, quam personam gerere velit,  
sed si primam eligat, tenetur juris formam ac ordi-

nem judiciarium servare; Quando autem uno, vel  
altero modo in dubio procedere voluisse dicendum  
sit, certam non habet regulam, sed à facti qualitate  
& circumstantiis, vel argumentis penderet. Gregor.  
decis. 204. ubi concordantes.

Per mortem unius ex compromittentibus expi-  
rat, nisi factum sit etiam pro hereditibus, ut hodie  
pro frequentiori stylo fieri solet. Giovagnon.  
conf. 23. lib. 2. Cavaler. dec. 656. Bich. dec. 630.

Ubi laudum sit nullum, partium emologatio,  
vel acceptatio, illud validum reddere non potest;  
Si tamen cum certa scientia facti, & juris talis  
nullitatis, valida acceptatio utriusque parti  
accusat, tanquam per speciem reciproca  
conventionis, tunc valbit quidem in vim  
paeti, vel transactionis, cuius naturam  
assunit. Buratt. & add. dec. 14. & 637.  
decis. 155. parte 5. rec. decis. 65. par. 7. &  
sepius.

Regulariter non habet viam executivam,  
sed ab eo licitum est appellare etiam ad effectum  
suspensivum, nisi partium conventio aliter statuat.  
Bich. dec. 248. cum alijs suprà num. 6. Limitant  
autem aliqui in Judais. Thesaur. decis. 253.  
num. 6.

In reliquis autem circa injustitiam impedi-  
tem execuitionem, non obstante quocunque  
pacto executivo, five quod iniustitia in parte,  
vitiet totum, quoties non sit per capitula se-  
parata, cum similibus; Generaliter receptum vide-  
tur idem quod in sententiis, vel decretis judicium  
habetur.

Compromissum procedit pari passu cum trans-  
actione, tam circa solemnitates requiras respe-  
ctuorum, qui alienare, vel alijs liberè disponere  
sint prohibiti, quæcum etiam super eo, an afficiat suc-  
cessorem, qui jure suo independenter veniat, ex  
causa feudi, vel fideicommissi; Ideoque ad hunc se-  
cundum effectum, exdem intrant distinctiones.  
supra num. 8. ubi allegantur autoritates, id firmantes  
in specie Ottob. dec. 242.

De legitimatione personarum in ju-  
dicio existentium, & quando de-  
fectus legitimationis annulet pros-  
cessum, vel eius exceptio illum im-  
pediat.

#### S V M M A R I V M.

- 1 **A**N & quando defectus legitimationis personæ obster, vel annulet.
- 2 De legitimatione personæ, de qua sit opposi-  
tum, quomodo fieri debeat.
- 3 De hoc oppositum dicitur per protestationem genera-  
lia contra, &c.
- 4 In casu oppositionis non admittitur mandatum  
presumptum.
- 5 De eodem, seu de ratione.
- 6 De actionibus popularibus, in quibus unus pro alio  
comparere potest etiam sine mandato, quomodo in-  
telligatur.
- 7 De probatione identitatis personæ, eiusq; supposi-  
tione.
- 8 De legitimatione personæ circa qualitatem, que  
tribuat actionem.

## DISCURSUS XII.

39

- 9 De justificatione descendente, vel filiationis, aut parentele,  
 10 An & quando pater habeat legitimam personam standi in judicio pro filio.  
 11 An requiratur citatio filii in actibus, qui ex causa administrationis gerantur a patre.  
 12 De differentia inter actus gestos per tutorem, vel per curatorem.  
 13 Quod personaram pluralitas, vel suppositio non presumatur, & quomodo sit intelligendum.

## DISC. XII.

**Q**uestio est: cum consueta opinione varie-  
 tate inter scribentes, an legitimatio persona-  
 etiam parte non opponente, judicium seu processus corruat? Aliquis simpliciter affirmantibus; Alii autem simpliciter negantibus; Et alii distinguuntibus inter causas ordinarias, & summarias, vel exequitativas juxta illas distinctiones, que infra habentur in eo discurso, in quo agitur, an & quando sententia, vel decretum justificari debeat ex eisdem actis.

Verior tamen, magisque in praxi recepta videtur opinio distinguens, inter judicium, seu processum contumaciam, & alterum compilatum cum parte comparente, ac se defendente, ut in primo casu legitimatio persona sit necessaria, illa que ex actis justificari debeat ex ea congrua ratione, quod absentiis partes supplere debet iudex ex officio, sive quia presupponendum est quod si comparuisset, de hoc oppoluisset; Isto enim casu cetera ratio, qua ut infra eximit ab hac necessitate in altero casu judicii, vel processus cum Parte comparente, ac se defen-  
 te; Istoque casu, eatenus ad validitatem processus haec legitimatio necessaria est, quatenus de illa opponatur; Ex ea ratione, quod non opponendo, vide-  
 tur altera Pars agentem agnoscere in talem, qual-  
 lem se facit, Ideoque opposita impedit etiam in exequitatis, & quamvis agatur de obligatione came-  
 rali, sed non opposita non causat nullitatem actorum, & processus, de his ceteris relatis apud Graff-  
 de except. cap. 4. ex num. 95. Cenc. de cenf. quæst. 95.  
 latius Post. de manut. obser. 87. Gregor. & add-  
 decis. 88. 223. & 264. Buratt. decis. 749. &  
 784.

Oppositione autem accedente, quomodo haec legitimatio facienda sit, & quando illa facta dicatur, autem de facili statui potest regula certa, & generalis cuicunque casu applicabilis, ob diversas hujusmodi legitimatio species, seu verius ob diversa individua, singulis quibusque casibus, vel judiciis, adeo ut facti potius quam juris questio remaneat, pro singulorum casuum qualitate, & circumstantiis decenda.

Distinguitur itaque materia in duas inspec-  
 tiones; Unam scilicet legitimatiois persona principalis; Et alteram persona procuratoris, vel alterius defensoris; Atque circa istam posteriorem in praxi, frequentiores quæstiones, inter praticos, seu cau-  
 sarum Patronos audiuntur, stante generali protestatione, qua pro stylo in omnibus causis fieri solet in prima comparitione, que hat per citatos, seu provocatos ad judicium, & quæ vulgo dicitur generalia contra, cuius formula id presentem continet, ut ne-  
 mo audiri debeat, nisi ducto de legitimo mandato procura, nisique justificatis justificandis.

Isto igitur casu, non admittitur illud mandatum presumptum, quod ex presumptionibus & conje-  
 cta. de Luca de judicis & judicialibus

cturis, vel ex notabili impensa desumi solet, juxta ea quæ superius disc. 6. agendo de procuratore, insinuantur, quoniam ea recte procedunt ad sub-  
 stinendum judicium, seu processum, salvandamque illam nullitatem, quæ deduci solet ex defectu mandati, quando de illo opponat idem mandans, sub cuius nomine ille procurator comparuit, & acta. Secus autem ubi altera Pars de hoc expresse op-  
 ponit, quoniam recte dicere potest sua interesse, ut doceatur de expresso mandato; Tum ad effectum inspiciendi, an illud sit verum, ne alias cuilibet ter-  
 tio, sub nomine, ac persona alterius litigare in ani-  
 mo non habentis, licet in tribuatur lites promove-  
 re, ac aliquem vexare; Tum etiam ad alium effec-  
 tum inspiciendi, an illud sit legitimum, ut in casu  
 victoria, collitigans certus reddatur de validitate  
 judicij, & aetorum, ac etiam de facultate recuperan-  
 tri expensas; Ideoque magna differentia est age-  
 re de sufficienti mandato etiam presumpto, vele-  
 gali sine Partis oppositione, ad effectum validitatis  
 actorum; Et ad alterum effectum formalis opposi-  
 tionis pro legitimacione personæ.

Hinc proinde, quamvis in jure plures dentur  
 persona favorables, pro quibus, Quilibet in judi-  
 cio esse potest, puta quilibet monachus pro Mona-  
 stero vel Religione, Quilibet Canonicus pro Ca-  
 pitulo; Et quilibet civis pro Civitate, ac magis ge-  
 neraliter, quilibet de populo pro pupillo, vel pro  
 furioso, seu pro Ecclesia, vel pia causa, cum simili-  
 bus, quasi quod ista actiones dicantur populares;  
 Attamen id recte procedit ad effectum occurren-  
 di damnis, ac prajudicis, que hujusmodi personis  
 privilegiatis alias resultarent, ita eorum negotium  
 utile gerendo, vel ut eorum damno occurratur, &  
 ne alias sibi objici valeat de regnla, quod non ha-  
 bentis interesse, non est audiendus, atque à limine  
 judicij repellit potest; Sive ne altera Pars dejicere  
 valeat de nullitate actorum, ab eo gestorum, ante  
 oppositionem; Secus autem ubi ista expresse se  
 opponat in ulteriori prosequutione judicij, ex præ-  
 fate oppositionis justo motivo, ut scilicet tutus red-  
 datur in casu victoria de validitate processus, &  
 sententia ejusque exequitione, & ne alias inane re-  
 maneat judicium, quod cum incommodis, & sumptu-  
 bus ab eo sustentandum est, quoniam tunc recte  
 objicere potest de legitimacione personæ compa-  
 rentis pro hujusmodi personis privilegiatis, objic-  
 iendo (ex gr.) Tutori pupilli, an legitimè a Judice  
 competente servatis servandis deputatus fuerit, &  
 an omnia solemnia adimplerit; Idemque in com-  
 parente pro Capitulo, vel pro Monasterio, seu pro  
 Civitate cum similibus, an scilicet legitimè deputa-  
 tus fuerit capitulo, sive cum solemnitatibus,  
 quæ pro universitatibus qualitate de jure, vel de fty-  
 lo requiruntur, & ne alias (ut dictum est,) altera  
 Pars cogatur, elusorum, ac inane judicium substi-  
 nere, ita de plano impugnable ab eo, sub cuius no-  
 mine illud gestum sit.

Quo vero ad alteram speciem legitimacionis  
 persona ipsius principalis, an scilicet sit talis, qua-  
 lem se facit; Dupliciter de hoc disputari solet; Pri-  
 mò nempe circa substantiam, vel existentiam illius  
 persona, an sit vera, vel supposita, quia nempe non  
 dubitetur, quod Titio competit illa actio, sed du-  
 biu[m] sit, an persona, qua comparet, sit ille Titius  
 vel potius se talen falso supponat, juxta antiquum  
 casum ab historicis relatim, Iudæorum Regis Antiochi;  
 Alterumque modernum circa finem  
 decursi seculi Sebastiani Regis Portugalie;

D 2

Ac

Ac recentiorem, quem Romana Curia in persona privata, cum ad eō magna incertitudine (quæ adhuc viget,) practicavit, ac disputavit in persona illius, qui se dicebat Andream Cafalem nobilem Bononiensem, qui præsupponebatur à pluribus annis in bello defunctus; Atque egomet hanc disputationem habui in una Fanu recensita in materia fideicommissaria, sub tit. de fideicommiss. disc. 193. Ista vero est quæstio nudis facti, ac probationis, quæ proinde aliquam juris certam regulam non recipit, cum pro singulorum casuum qualitate, & circumstantiis decidenda sit.

<sup>3</sup> Altera vero species legitimatis est circa qualitatem, quæ persona Actoris illam tribuit actionem, quam alias non haberet; Puta quia agat tanquam creditoris heres, ideoque docere debet de qualitate hereditaria, ejusque legitime, & sufficienti titulo; Sive frequenter in questionibus præsertim fideicommissariis, quia se dicat de genere vocato, ut talem se justificet.

Super ista vero justificatione cadunt quæstiones, an ea fieri debeat per gradus distinctos, vel sufficiat quo sit in genere, idque pendet à qualitate successionis, & an prærogativa gradus, vel proximitatis tributus, vel majorum competentiam in concurso, vel è converso sufficiat esse de genere in universum, aut probare descendientiam ab eo, qui fuit in professione illius juris, ut plures habent in materia fideicommissaria, ac etiam in altera Juris patronatus gentilitii cum similibus, sub tit. de fideicommiss. & sub tit. de jure patron. pluries, & præsertim de fideicommiss. disc. 50. & 193. & sub tit. de jure patr. disc. 50.

Præsertim vero in praxi disputari frequenter contingit de puncto legitimatis personæ in naturalibus tantum, vel in iis, qui à naturali descendant, ob difficultatem probandi filiationem respectu patris, dum non habetur illa moralis, sed legalis probatio, quæ in legitimis, & naturalibus hodiè haberi solet prompta & facilis, ex libro baptismatis vel cum libro familiari, aliisque facilioribus specimenibus ratione publicitatis actus; Ac etiam probata filiatione vel descendientia, circa justificatione legitimatis, que necessaria quoque sit, & an illa in dubio prælumenda veniat, præsertim in antiquis, in quibus regula legitimati assistere videtur; Sive circa jura familiaria super probatione identitatis familie, & an sufficiat sola identitas cognominis, & insignium, cum similibus quæ ut præmissum est, certam juris regulam non habent, cum totum pendeat ex facti qualitate, ac singulorum casuum circumstantiis; Ideoque juxta generalem naturam seu regulam materiæ probatoria, illa est Judicii arbitria, cod. tit. de fideicom. disc. 50. & 68. & 69. & 193. & sub tit. de jure patron. disc. 31.

In patre judicium pro filio instituente, vel subfiniente, dubium cadit, an ratione illius administrationis, quam ei lex in bonis filii desert, legitimam habeat personam pro eo standi in judicio; Duplexque cadit inspectio; Primum nempe, an ad sit ista legalis administratio; Atque ubi pater habeat usum fructum legale, tunc administrationem quoque habet, quoniam administratio regulariter usus fructus legalis pendit sequitur vel comes esse solet; Ubi vero illum non habeat, tunc si id proveniat ex odio ipsius patris, neque administrationem habebit, sed si ex alia causa non culposa, vel non odiosa, tunc etenim absque filio adhuc viget administratio, quatenus pupillaris ætas, eam competere, vel dura-

re concedant, ut in propria sede advertitur, sub tit. de servit ad materiam usus fructus, & sub tit. de alienat. & contract. disc. 27.

Altera est quæstio, an in actibus, qui ex causa dicta administrationis à patre geruntur in judicio, vel extra ipsum quoque filii consensus, vel respectivæ citatio requiratur; Atque in hoc DD. nimis unse involvere videntur; Aliqui enim in uxori dispositi oni unius legis loquentis de bonis maternis, quæ patri ampliorem tribuit potestatem l. 1. C. de boni materni in hac specie bonorum affirmant, in aliis autem bonis negant, quodque filii consensus requiratur, quoties filius non sit adhuc in prima ætate, id est infans, sive quod in longa absentia reperiatur, juxta modernioris legis dispositionem l. fin. §. ubi autem C. de boni quæ liber, quasi quod ita distinguendo, istæ leges concilientur.

Alii vero in indefinitè negant, ad hujus posteriores legis tramites, quoties in dictis casibus ab ea limitatis non versemur, quodque prior lex prædicta per hanc posteriorēm correcta sit; Atque utraque opinio de more suo habet sequaces, eos pro utraque sententia colligit, ac plene rem examinat Boff. de patr. por. cap. 8. §. 3. num. 18. & seqq. neque pro mea notitia quæstio in Rota, vel in alio magno Tribunali formiter disputata, vel decisamente reperitur, præsertim in judiciis pro corum validitate.

Parum vero commendabile videtur, ita generaliter, & in confuso rem agere, dum potius cum congruis casuum distinctionibus procedendum videtur.

Aut etenim de voluntario contractu alienationis, vel obligationis, seu respectivæ liberationis, agitur, & tunc ubi de solo agatur usufructu, quia ad patrem pertinet, planum est, ut nullus requiratur consensus filii, cuius nullum geritur negotium; Aut vero actus proprietatem quoque percudit, & tunc adhibenda veniat eadem distinctio, quæ in tute, ac respectivæ in curatore in sua sede adhibita est, cum eadem videatur congruere ratio, quod scilicet quando est adulterio, sive qui contrahit, curator autem autorizat, & assilit, secus autem ubi pupillus tit. de alienat. & contract. disc. 35. Ac propter ea prima ætas, de qua dicta lex posterior loquitur, non de infantili, sed de pupillari debeat intelligi, cum ad effectum perfecti consensus, explicatione infantilis ætatis non sufficiat; Ideoque male simplicitas aliquorum nostrorum majorum videtur de infantili intelligere.

Si vero de judicialibus agatur, quodque judicium, proprietatem quoque feriat; Si de filio Actoris agatur, & tunc ad dictæ posterioris legis præscriptum probabile videtur, ut Reus conveniens, pro firmiori judicii validitate, de isto legitimo consensu objicere valeat, atque alias patrem agentem repellere, ut ita contrà ipsum filium quoque illas experiri valeat actiones, quas judicii eventus Reo victori tribuere solet; Sed si de Reo, qui nempe filii, vel eius Actoris creditor, vel aliam habens actionem super bonis adventitiis, patrem citando, cum eo tanquam legali procuratore judicium instituat, atque cum eodem patre bene administratoris, ac defensoris partes gerente, absque oppositione sit prosequitus, ex hoc defectu autem citationis filii, nullitas pretendatur, & tunc, non videtur huic impugnationi locum esse, cum filii citatio nullibi in jure præscripta videatur;

Atque

Atque sicuti cum curatore, & tutorc, seu procuratore, aliove administratore generali judicium institui potest, ita non videtur quid prohibeat in patre, quem receptum esse est majoris auctoritatis, quam sit tutor, vel curator, aliquis legitimus administrator.

Potissimum vero, ac certius, ubi de loci stylo, cum solo patre judicia in bonis adventitiis filii instituti, ac perfici soleant; Secus autem ubi stylus esset in oppositum, ideoque hunc esse questionis decisorem probabilius videtur; Adhuc tamen maturiori judicio referatur, cum magnorum Tribunalum maturas decisiones prævia questionis discussione non habeamus.

Regula item juris est, ut personarum pluralitas non supponatur minusque suppositio, qua utpote redolens delictum non est presumenda nisi probetur, *dicto disc. 193. de fideicom.* Verum in praxi non de facili haec generalitas reputatur sufficiens, nisi alia cedant proxima adminicula, ob nimium frequentem usum praesertim Italiæ, & Hispaniæ pluralitatis familiarum ejusdem cognominis, ac fortius personarum, eiusdem nominis, *dicto disc. 50. & 193. de fideicom.*

De assecuratione Iudicij, & de cautiōnibus, ac de sequestro, aliquis provisionibus super assecuratione.

### S V M M A R I V M.

- C**autio de judicio sibi, vel pro assecuratione iudicij in Curia non est in usu.
2. A sequestro non est incipendum, illudque est regulariter prohibitum, ideoque si opponatur, revocatur etiam cum manutentione possessoris.
3. An, & quomodo apposito sequestri dicatur attenta.
4. Datur manutentio etiam in iuste spoliato factio judicis.
5. De eodem de quo num. 3.
6. De sequestro in beneficialibus in vim Clementina.
7. Possessio vacua est sequestranda.
8. Item possessio attentata.
9. Quid de possessione turbida, non autem clara.
10. Principi quandoque conceditur ex causa sequestrare possessionem etiam claram.
11. Quando dicatur possessio turbida.
12. De limitatione regule de qua numer. 2. ut intret officium Iudicis pro sequestro.
13. Ifstud non est proprie verum sequestrum, & cauio est ejus medicina.
14. Quomodo provideri soleat in locis montium, & censibus.
15. Sequestrum provisionale non privat possessionem, neque inducit viuum litigios quod declaratur.
16. An sequestrum sit removendum pendente lite, vel debet exceptari suis.
17. Contra sequestrarium competit via exequitativa.
18. An munus sequestrarium sit voluntarium, vel necessarium.
19. An illi debetur salario.
20. An teneatur confiscare librum rationum.
21. Non allegatur suspensus.
22. Eius defensione cuiusdam damno cedat.
23. De aliis ad materiam remissive.
24. De cautione assecurationis judicij, an intelligatur de omnibus instantibus, vel illa tantum.
- Card. de Luca de judicij & judicabilibus.

### D I S C . X I I I .

**C**Autiones illas, ad quas jus commune colligantes respectivè obligat, pro assecuratione judicij, vive judicio sibi, vel pro expensarum refectione, Romana Curiae praxis non agnoscit, easque ab aula recessisse tenet; *Buratt. & add. decis. 398. num. 5. Coccin. decis. 50. 4. num. 3. decis. 326. nu. 4. par. 2. rec.* *Quid autem sit de jure Capyc. Latr. consul. 73. ubi alii.* Excepto casu suspicionis fugæ, de quo inter judicia exequitativa, & summaria, particularis habetur inspectio infra.

Prout eadem Curia, inhærendo utriusque juris civilis, & canonici prohibitioni, sequestrum regulariter damnat, atque ab eo incipendum non esse firmiter tenet, aliquibus casibus exceptis de quibus infra; Ideoque in causis, quæ ad eam per applicationem devolvuntur, à locorum Ordinariis, alioisque Judicibus de partibus, qui imitantur Tribunalia secularia, quæ id in usu habent, si sequestrum apponatur, ut praesertim in Regno Neapolitano frequenter contingit, illud passim revocatur, atque possessori, contra quem decretum fuerit, manutentio concedi solet, sive in alijs privilegiato processu revocationis attentatorum revocatur. *Gregor. & add. dec. 9. Dunozett. dec. 923. latè decis. 277. par. 10. rec.*

Quamvis enim ipsa apposito sequestri attenta dici non valeat, cum nullus adsit attentatorum casus, sed potius laboret vitio nullitatis, aut notoriarum iustitiarum, cuius ratione usu receptum est remedium summariissimi interdicti possessori retinenda, quod manutentio dicimus, etiam adversus factum judicis, ut in hujus interdicti particulari sede adverteritur infra; Adhuc tamen alterum attentatorum vitium, pro frequentiori contingentia intrare solet, ratione celeris, ac immediata exequitionis intra terminum juris ad appellandum, quoniam quoties damus, ut illud sub regula prohibitive cadat, exinde sequitur, ut sit de sui natura appellabile, & consequenter attentata remaneat exequitatio infra terminum appellationis, nullò vero magis post illam expresse interpositam, *dicta decs. 277. § par. 10. rec. & sepius in Rota. & in aliis Tribunalibus obtinui.*

Casus autem in quibus eadem Curia sequestrum practicat, dictaque regule limitationem admittit, sunt: Primo in beneficialibus post sententiam latam favore petitoris contra possessorem, quod vulgo dicitur sequestrum in vim Clementinæ; Ifstud vero particularē habet sedem in sua materia beneficiali, ideoque ibi in causis contingentia videndum est; *zit. de benef. disc. 98.* etiam infra in relatione Curiae, agendo de Auditorio Rote infra in relatione Curiae disc. 32. occasione puncti, an id speciale sit in hoc Tribunali, vel potius in omni alio Judice, vel Tribunali procedat.

Alter casus est, ubi agatur de possessione vacua, quam generalis regula est sequestrari debet; *re; Gregor. dec. 9. & 10. Buratt. dec. 900. in princ. & pasim.* Idque ne lite pendente tertius illam invadat, seu alias ipsi colligantibus, vel eorum futuro victori prejudicium inferatur; Ideoque, injusta, & calumniosa reputari solet alterius eorum oppositio, quoniam si credit bonum jus fore, atque vicit, sperat, ita utile negotium pro eo geri dicitur; Et si id non credit, nec sperat, ita animosum & calumniosum litigantem se declarat.